UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

F. IOANNIS SLOTA-NI GEFFENSIS SACRAE THEologiæ Profeſſoris, de verbi Dei virtute, & Eccleſiæ inſuperabili potentia.

Liber I.

CAPVT PRIMVM.

DE virtuteverbi Dei, ac illius fœlici progreſſu, & Eccleſiæ inſuperabili ac inuicta potẽtia ſcripturus, patrocinium magiſtri Eccleſiæ, nimirum ſpiritus ſancti, ſupplicibus votis exopto atque depoſco, vt ipſe ſuppeditare dignetur, quod vel meam memoriam, vel intelligentiam ſubterfugerit. Non enim tam ampla ſermonis mihi eſt ſupellex, neq; mens tã profundæ intelligentiæ, neq; memoria tantæ tenacitatis, vt non maximis votis percupiam, ſermonis noſtri ſupellectilem augeri, mentis intelligentiam reddi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reddi perſpicatiorem,& memoriá longè tenaciorem.Et vt adſit(quod tamen omnino de me affirmare non poſſum) eloquentia plana,mens profunda, memoria tenax,omnia tamen otioſa ſunt, ſi non adſit ſpiritus ſanctus,vim ſuppeditans,docens & ſuggerens omnia. Huius itaque præſidio,ſuggeſtione, & directione confiſus, principiò docendú erit,verbum Dei à Deo reuelatum, in quo conſiſtat, aut quid nomine verbi dei accipere debeamus,deinde probandum atque demonſtrandum, idem verbum Dei,per eius miniſtros ſufficienter ſemper eccleſiæ annunciatum,denique ipſam Eccleſiam Dei(quæ verbum iſtud ſibi prædicatum retinet, & per ſpiritus ſancti magiſterium,rectè & intelligit & interpretatur) vnà cum verbo ſuo eſſe inuictæ & inſuperabilis potentiæ.

CAPVT II.

Verbum Dei quid.

POrrò ad cognoſcendum,quid nomine verbi Dei accipere debeamus,animaduertendum eſt, verbú dei eſſe, quicquid ad Eccleſiæ vtilitatem, à